

# CORRECTIO

FATVORVM, TRACTA-

TVLVS SATIS PERVTILIS ET AVTEN-

ticus foeliciter incipit.

*Prologus in eundem librum.*

**C***um omnium rerum emendatio sit ipsius augmenta-  
tio. Ideo in multis Philosophorum dictis scribitur,  
quod per artem emendatur natura ultra suum motum  
quem habuit in prima sua forma, cum nulla ars labora-  
re potest nisi mediante natura, cum ipsa natura in arte in-  
trinsice et occulte labore et per artificis administrationem.  
Ex hoc sequitur, imitationem naturæ uirtutis esse aug-  
mentum et laborem, ipsiusque rei augmentationem, quoni-  
am natura perficit suum gradum, quem naturaliter perfi-  
cere potest, & illum præterire nequit, nisi per contra-  
rium fuerit impedita, quamuis bene ars naturam non tran-  
scendit faciendo nouam naturam, per simplicem laborem.  
Et ideo dicitur quod ars imitatur naturam, nõ quod nouam  
ædificet, sed quod illius naturæ uirtutem subtiliet. Prop-  
ter quod incipit ars perficere, ubi natura deficit, subtilem  
scilicet naturam in re inclusam detegere, & ipsam manife-*

*Quomodo  
ars imite-  
tur naturæ*